percutit sed qui ex malicia. Sequtur non litigiosum. hoc non solũ de rixis ⁊ obiurgationibus turpib9 intelligit sed etiã de litigiis causarũ que ĩ foro seculari fiũt. quia clerico nisi res hẽat scz possessiones laicas. non debet de rebus ecclesiasticis in foro seculari litigare. ymo ꝓm canões si hoc fecerit debet puniri. ⁊ etiã id perdere quod euicit. Vnde dicit lex secularis ꝙ turpe ẽ clerico si iura sciat ciuilia. uerum tamẽ nunc sustinet ecclesia ꝙ clericus pro se ⁊ pro aliis litigat in foro ecclesiastico ⁊ in foro seculari. ⁊ preciuz recipit laboris sui. Sed uir religiosus in nulla causa ꝓm canones aduocat9 eẽ debet. nisi in causa domus sue. Q̃ vero sacerdos non debet esse cupid9. ex utroq; patet testamẽto. quia p sacerdotum cupiditatem fere omnia mala ⁊ in noua ⁊ in ueteri lege cõtingunt

Sequitur non neophitũ. i. nouiter ouersum ad fidem. quia non debet aliquis nisi pri9 experimentum de ipso habeatur. post cõuersionẽ suam statĩ admitti ad sacros ordĩes. Cum tãta enim est aliquis ordinãdus diligẽtia cum quãta difficultate deponend9 ẽ. Scãdaluz enim esset ecclesie si ille qui steterit heri in foro hodie stet in choro ⁊ si ille qui heri cantor fuit histrionũ hodie sit prepositus sanctorum. Ista tredecim capitula dicunt ⁊ sunt regula apostolica. que precepta qui nescit sacerdos esse nescit.

De his que oportet sacerdotẽ scire

Capitulum. xv.

Vnt autem quedã determinate instituta a canõe que oportet sacerdotẽ necessario scire. Hic est canon talis. que ipsis sacerdotibus scire necesse est. scz sacramentorũ liber. lectionari9. ãtiphonarius baptisterium. computus canones pñiales. psalterium. omelie per circulũ ãni. diuersis diebus ⁊ singulis festiuitatibus apte. Ex quibus omnibus si unuz de fuerit sacerdotis nomen uix in eo cõstare potest quia ualde sunt periculose mine euangelice quibus dicit. si cecus cecum ducit ambo in foueã cadũt Ista pauca sunt ualde onerosa. unde tanto turpius ẽ ea ignorare. quanto sunt leuiora.

Expositio supradicti canonis.

Capitulum. xvi.

Vocat autem hic canon librum sacramentorũ missalem quia in eo continent ea per que sacerdos debet ãministrare sacramenta ecclesiastica. s. quõ baptisare debeat ⁊ eucharistiã conficere. ⁊ aliquos in matrimonio coniungere. ⁊ infirmos inũgere. Sacerdos autẽ non solũ scire debet quomodo predicta debeat facere sed etiã que ⁊ quot sint sacramẽta ecclesie. de quibus dicet postea. Per librum etiã sacramẽtorum comprehendit librum qui graduale dicit propter quosdam cantus in eo cõtentos q cantant in missa ante gradus altaris Sunt tamen in graduali alii cantus. ut introitus siue officium quod cãtatur quãdo a uestiario ingredit ad altare sacerdos. Sunt ⁊ in eo cãtus qui dicunt alleluia. ⁊ cantus q offerenda siue offertoriũ. s. quãdo hostia offertur sacerdoti. ⁊ cantus qui dicit communio. Sunt ⁊ in eo qui sequentie dicuntur. ⁊ dicunt tales cantus sequẽtie quia de nouo secuti sunt ãtiquos cantus ecclesie. Vñ ⁊ grisei monachi nul/

lam cantant sequẽtiam in monasteri/
is suis. Antiphonarius similiter con/
tinet respõsoria que respõdent lectio
nibus. sed sumpsit nomen ab ãtipho
na que est dignior cãtus propter sig/
nificationem. Sicut enim antiphona
partim cantat ante psalmum. ⁊ post
psalmũ tota. ita hic pregustam⁹ par/
tim dulcedinẽ celestis patrie. sed post
psalmum. s. bono⁹ operu⁹ cõpletio/
nem. totã habebim⁹ dulcedinem. Dici
tur ãt antiphona quasi ante tonans.
Et tales modi cãtandi sumpti sunt a
ritu gẽtilium. Gentiles enim in primi/
tiua ecclesia cõuersi ad fidẽ. quia non
audiebant in ecclesia tales cant⁹ qua
les in phanis suis habere solebãt. of/
ficia ⁊ obsequia ecclesie contemnebãt
Vnde eccl'ia sumpsit tales cant⁹ qua
les pri⁹ habere solebãt gẽtiles Bap
tisteriũ uocat manuale in quo forma
continet baptisandi ⁊ sepeliendi. qui
libellus exceptus est a libro sacramẽ/
torum. Quid ãt sit lectionari⁹ patet
Computũ uero uocat Kalẽdarium.
qui sic uocat a kalẽdis que sunt i pri
cipiis mẽsium. ⁊ dicunt kalẽde a ka/
lon qnod est uoco. quia in principiis
mensiu⁹ uoce preconia uocatio fiebat
ad nundinas. Sciẽtia cõputi ualde ẽ
necessaria sacerdoti. ne erret in denun
ciatione ieunio⁹ ⁊ solẽnitatum tam
mobilium q̃ immobiliũ. Quedã enim
solẽnitates mobiles sunt. ut septuage
sima. quadragesima. pascha. penthe/
costes. que mutãtur ꝑm lunationũ mu
tationes. Canones pñiales uocat li/
bellum quẽdam in quo ostẽditur que
penitẽtia cuiq; pctõ sit iniũgenda. et
de hoc propositũ nostrũ principale ẽ
tractare in hoc opere. Omelias uo/
cat sermões quosdã a sanctis ad lay
cos. Vñ dicit omelia ab omos qd ẽ
unum. ⁊ layos quod ẽ laycus. quasi
unice. id ẽ singulariter ad laycos. qa
omelie tm̃ ad laycos sunt facte.

Quid sit sacramentũ ⁊ quot sint sa
cramenta. Capitulum. xvii.

Et autem sacerdotib⁹ necessa
rio scire quid sit sacramentu⁹
⁊ quot sint sacramẽta ⁊ quõ
per illos ãministrari debeant. Est ãt
sacramentũ inuisibilis gratie uisibilis
forma. Vel sic. Sacramẽtum est sacre
rei signum. Signum ãt est res ꝑter spe
ciem quam sensibus infert. aliud in co
gitatione uenire faciẽs. ut aqua bap/
tisinatis preter speciẽ quam offert o/
culis. interiorem significat ablutione⁹
a peccatis. Sed obiicit. Caro xp̃i in
altari est sacramentũ. non tamen inui
sibilis gratie uisibilis forma. qa ibi
non uidet caro xp̃i. Ad hoc dicẽdũ
est ꝙ aliquod sacramẽtum tm̃ est sig
num ut forma panis ⁊ uini in altari.
⁊ aqua uisibilis ĩ baptismate. Quod
dam enim sacramentũ est tm̃ res. ut mi
sticum corp⁹ xp̃i. i. ecclesia siue collec
tio fidelũ est res significata per for/
mam panis ⁊ uini. quia sicut ex gra/
nis multis fit panis. ⁊ ex multis uuis
uinum. ita ex multis hominib⁹ fit u/
num corpus xp̃i. Similiter in baptis/
mate. interior mũdatio a peccatis tm̃ ẽ
res. ⁊ non signum. sed significat ꝑ ex/
teriorem ablutionẽ res ⁊ signum. In
altari ipsa caro ⁊ sanguis xp̃i signifi/
cant corpus misticũ xp̃i. i. ecclesiam. ⁊
significat per formã panis ⁊ uini. Si
militer in baptismate. caracter qui im

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf